



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CV. Der Rath der Altstadt Salzwedel bekundet, daß M. Gebhard von Prußia zwei Kämpfe im Felde Perwer den Vorstehern des h. Georg vermacht hat, am 8. April 1334.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

quod hunc censum predictum, qui in summa quinque marcarum continetur, redimere possint nostri successores consilio presidentes, Et quod magistri dicte nostre Gylde prefatum censum Annis singulis debite extorqueant ipsorum infirmorum vsui et ministrent, Ad hoc ipsos Johannes bertoldi uel aliquis suorum heredum fideliter debebit exhortari. Cum vero nostri successores in consilio predictum censum redimere decreuerint, tunc pecuniam qua redimitur, commutari debebit in perpetuos redditus in vsu ipsorum infirmorum utique ministrandos. In cuius rei certitudinem pleniorum sigillum nostre Ciuitatis huic litere caucius est appensum. Anno domini M^o. CCC^o. XXXII^o., feria VI. infra octauam Cecilie virginis.

Nach dem Originale im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 14, No. 13.

CV. Der Rath der Altstadt Salzwedel befundet, daß M. Gebhard von Prusia zwei Kämpe im Felde Perwer den Vorstehern des h. Georg vermacht hat, am 8. April 1334.

Nos Johannes Hartwici, Johannes Bartholdi, Conradus Krus, Johannes apud fontem, Ghesu Turitz, Gylo Stefou, Arnoldus Ruxleue, Hennieke Wenrich, Henricus Dystorp, Johannes Mechow, Consules antique civitatis Soltwedele, recognoscimus et testamur lucide tam presentibus quam futuris, quod Magister Gheuehardus de Prusia, morans nobiscum in civitate, comparavit duo spatia, que vulgo Kämpe dicuntur, sita in Campo Perwer, a Tylone de Ursleve, nostro concive, suis denariis, ad tempora sue vite et Gybben, nunc sue ancille, et Conradi et Gheuehardi, filiorum ipsius Magistri Gheuehardi, possidenda. Postquam vero hi quatuor vitam eorum hic finiverint naturalem prevocati, ex tunc dicta duo spatia vendi debebunt, per Provisores Sancti Georgii, sibi apud civitatem Soltwedel, quicumque pro tempore fuerint, ad jus civitatis Soltwedele possidenda, et pecunia, pro qua vendimus, verti debet in usum Sancti Georrij antedicti. In cuius etc. Anno Domini 1334, feria sexta ante Misericordias Domini.

Besmann's Beschreib. a. a. D. Sp. 90.

CVI. Gebrüder von Breske befunden, daß sie über die Besitzungen der Gewandschneidergilde zu Salzwedel in den Dörfern Gardyz und Plothe nur so lange ein Schutzrecht haben sollen, bis die Gilde die Proprietät daran erwirbt, am 18. Februar 1336.

In nomine domini Amen. Nos henninghus, Jacobus, fredericus, Nycolaus, wycharthus, fratres, samuli, dicti de Breske, tenore presentium recognoscimus et testamur publice vniuersis, Quod nos et nostri heredes legitimi in villa Gardyze duos choros filiginis, prouenientes Annis singulis ex curia nunc Gherardi de Swechten, chorum filiginis prouenientem ex curia Rouers, dimidium chorum filiginis prouenientem ex curia schulteti in villa plothe, chorum filiginis prouenientem ex curia nunc Gherardi de Besendal, chorum filiginis prouenientem ex curia Heynonis de Lenzen, filii walteri krumdal, quondam ciuis in Soltwedel clare memorie, que bona sunt fratrum